

quid affirmem. Sed quia de leuitate istorum satis, tempus *Transitio*
est nunc docere, nullo modo fieri posse, ut aliquid explo-
rati de Cometarum uiribus hæc schola præsentiat.

Omnes Cometarij fatentur, naturam crinitarum, & cū *Cap. VIII.*
astro nexum ex crinitæ colore intelligi: quare fulgidā &
illustrem uocant solarem, nitidam Lunarem ac Venereā,
Ita rutilam dicunt esse à Marte, subatram liuidamq; à Sa-
turno. Ego arbitror, Dudithi, fieri non posse, ut unus tan-
tum Cometæ eiusdē color ubiq; appareat. Et si aspectus
Cometæ incertus est, suspectum erit semper de Cometa
iudicium. Nam non modo stellæ crinitaq; sidera, sed Lu-
na ipsa, Sol item pro aeris diuerso habitu colores uarios *Colores in:*
representant. In summo cœlo, aere sereno, astra splendēt, *cœlo mu-*
& argenteo quodam nitore fulgent. Si nebula uel fumus *tantia.*
cœlum occupet, aer densatur, & per fumum atq; uapores
(quos tamen haud noctu conspiciamus) astra uideamus.
Idcirco subatra, uel rubicunda horum facies apparet. Idq;
est causæ quare per æstatem Lunam & Solem in hori-
zonte rubentem aspiciamus. Cum igitur sit magna aeris
inconstantia, uti non unus cœli ac uentorum est modus, *Stellarum:*
duo certam faciem Cometæ, hoc est ueros colores depre- *facies ua-*
hendi vix posse. Quid? Nonne uarij locorum positus ua- *ria.*
rium semper aerem habent? Montana purum cœlum, *Aeris ua-*
conualles impurum & sordidum. Siccus ager tenuem ae- *rietas.*
rē, sed crassum, densum, nebulosum, vliginosa faciunt et *Aer uarius:*
paludes. Exemplū habemus hoc anno præclarum. Ful-
gidus in montanis uidebatur Cometa, nitor ac splendor
planē argenteus, in coma præsertim. Et Cornelius Gem- *Colores ul-*
ma uocat istum lucidum, argenteum, purissimum fulgē- *timi Come-*
tem. Fabricius item Cæsaris Mathematicus eundem scri- *tæ*
bit fuisse ex candido flauescens, lucidumq; & non ter-
rificum. Et tamen uir quidam doctrina uaria insignis, quē *Cœlum E-*
tu nosti, hunc scribit piceo colore fuisse, nigellum, ac tan- *uangitiæse.*
quam per fumum uisæ facis. Cū legi hæc uerba miratus
hæsi, donec aspectus huius causa occurrat: nempe colo-
rem Cometæ atrum propter aerem loci crassiorē uisum.

C